

oramus vobis Adm: Rndi Dni, à D<sup>mo</sup> Dño nro ad instan-  
tam Jlls. ac Magi Dni Palatini Marienburgeri, & litis consoc-  
tium eius, aduersus Vle' Caplum Varmien', delegatis Julicibus Adm:  
Rndi Dni Palatini, Canonici, & totum Caplum Varmien', ad termi-  
num hodiernum aditatum, per DD. Collegas suos Plenipotentis et  
Mandatarios comparet; Cum, ut suam S. Sedi Aplice debitam  
reuerentiam attestetur, tum, ne iustissima sua causa diffinim  
videatur; non vero ea mente ac animo, ut Jurisdictionem Adm:  
R. D. V. V. (quas aliquando obseruare semper, ac mutuo amore  
prosequi paratum est) admittat, litem coram illis contestetur,  
defensionem suam proponat, & definitiuam tandem sententiam  
exspectet; sed ut causas, quibus motum, minus in D. V. V. Ali'  
R. D. Jurisdictionem consentiat: inbarendo priori sua compa-  
ritioni et protestationi, quas hic pro exposto sapere vult, & intendit,  
alleget & promat. Hoc primò quidem contra ipsam Commis-  
sionem, in qua ista silentio fraternissima sunt, qua si intimata  
fuissem D. S. D. N. rescriptum Commissionis nunquam indulsisset,  
c. super literis, vbi Abb.: et D. X. de rescrip: vnde etiam  
omnia eiusmodi rescriptum subsequuta sunt, ipso de Jure nulla,  
c. constitutus. c. ad auclientiam, vbi gl.: c. cum dilecti,  
eod: ff. c. si motu proprio de preben: in Sex: Estq; hoc  
sanguinis coniunctio, qua rescripti non obtinendi & Judicis re-  
cusandi iustam causam prebet, per. c. accedens, vbi lit: non  
contest: c. postremo de Appell: qui Jurisdictioni ff: de Ju-  
rid: omnium Judi: quam cum Jlls. D. Actore alteri Adm:  
R. D. V. V. intercedere nemo nobilissimarq; in Regno Co-  
lonia Familiarum gnarus facile ignorauerit. Subiicit alia  
beneuolentia nimirum ac familiaritatis cum Jlls. D. Actore pro-  
miscuum usum. c. insinuante de officio delegati. c. cum in iu-  
uentute de purgatione Can: qui si non aliunde, ex sanguinis vñq;  
Jure profuerit. Vel inde etiam facile colligeretur, quod  
ad locum domicilij Jlls. D. Actoris Vle' Caplum Varmien' fuerit

adiciturum. Et fortassis si Judex delegatus rescriptum impe-  
trantis domesticus & familiaris fuerit, tertia recusationis causa  
non deest: Multo magis si Jlls D. Actoris, et ipsius fa-  
milias Alumnus ac beneficiarius fuerit, c. de forma, 22. q. 5.  
c. accedens, ut lite non contestata. Sed et locus qui sub Jlls  
D. Actoris Jurisdictione situs est, suspicionis non nihil excitat, quo  
minus ibidem, tanquam in minus tuto, respondere, ac Jure experiri  
de Capluon Varmien, velit aut debeat. Cement: past: Nf. Esto igitur  
de sent: et re Jud. c. accedens. La: 2. X. ut lit: non contest:  
et ibi Canonem. Additur et illud, quod in prima compa-  
ratione propositum fuit, contra modum oblata Citationis, indebi-  
tum et de Jure nullum. c. si capto de conres: praben: m. Sex:  
vbi late gl: quod licet aduertente tunc D. Doctor Citationis  
istius Exequutor, simplici tamen assertione probauit, quod per nos  
negatum est, et iam deducitur. Quod vero, attinet ad  
cognitionem suspicionis et eius decisionem, ad quam D. delegatus  
Judex processisse in priori termino videtur, dum easdem exceptiones  
reijceret; Jurisdictionem fundaret, & procedere in causa iuberet;  
ut nulliter factum aperte probatur: cum exceptio suspicionis afficiat  
& inbabilem reddat personam Judicis; Ita, ut sicut de causa prin-  
cipali non cognoscit, sic etiam de hoc incidente cognoscere non de-  
beat: Cum utrobique eadem sit ratio suspicionis Br. in l. qui:  
clam consulebant. n. 7. ff. de re iud. Pb. Franc. in c. 2. re-  
quisis n. 12. de appell: Canon: ibid: Et cum ex hac re-  
cusatione Judex ad indignationem pronosetur, tex: not: in l.  
litigatores ff. de Arb: fact: tex: in c. ut debitis de Appel: ti-  
mendum ne parti recusanti noceat, cui nihil grauius accidere  
potest, quam sub Judice suspecto litigare, tex: in c. quia su-  
specti 3. q. 5. et in c. cum inter de except: tex: in l. aper:  
tissimi. C. de Jud: Pb: Franc: in d. c. secundo requisis. n. 9.  
gl: c. solitudinem, in verbo Epus posset de appell: And: Gaill  
Bridt: obser: Cam: Imper: lib. 7. obs: 34. n. 5.

Facit etiam quod causa suspitionis alicuius ex Judicibus dele-  
gatis cum clausula: Si aliter eorum rōi proponi debet coram  
ipsidem, et probari apud eum, ad quem ex vi prædicta clausula  
debet ipsius causa cognitio pertinere. c. si contra unam de off:  
et pot. Jud. del. vel coram arbitris. c. suspitionis, de off:  
et pot. Jud. del. c. ab Arb. eod. tit. in sex. Accē:  
dit ad supradictas exceptiones; quod cum alia prior Commissio  
SS. D. N. ab alijs Creditoribus Illm. D. Caroli fortassis ante-  
rioribus & favorabilioribus fuerit impetrata, ad quam causa  
coram Illmo D. Nuncio Aplico Commissario instructa sit, &  
adhuc pendeat, ex literis remissorialibus eiusdem Illm. Dm  
Nuncij. Preomide iustissime ab impetitione ista absolui  
V. Caplum debet: cum in diversis locis, & coram diversis Ju-  
dicibus, sup. eadem causa, simul & semel, respondere nemo te-  
neatur. Et convenientius sit, ac Juri magis congruum, ut  
prioris Commissionis exitus expectetur. c. Coeterum ubi D.  
et per alia etiam Jura vulgata. Et in duplici Commis-  
sione datur locus: Ille debet esse Judex, qui alterum in ex-  
ercitione Jurisdictionis prævenit: Oct. Vest. in Prae. Don.  
Lub. lib. 3. c. 11. n. 1. Quibus ita præmissis prægan-  
tibus, et in Jure, ut liquido patet, optime fundatis recusatio-  
nis Adm. R. D. VV. causis, Vle Caplum in certam, eam  
indubitatamq. spem venit, se ab obsecratione Judicij huius,  
ut Jure est, liberari, & ulteriorem processum omnem tolli, quo  
potest omni etiam meliori modo, via ac ratione sollemniter pro-  
testando; si ulterius quid in causa hac actum, gestum, vel fa-  
ctum fuerit, nullatenus sibi rā obesse aut præjudicare debere,  
sed omnia potius sibi Jure remedia ac beneficia, quibus lau-  
dabiliter parti conventa provisum est, conservari; rogandūq.  
ut protestatio hac Actis adscribatur, et eiusdem sibi copia  
extendatur.